

## 'GLORY' - END NOTES

1. Memoriale Privato: 24 agosto 1808: "A S. Giuseppe. In fondo al proprio niente si trova Dio. Sentendo cose molto alte di Dio, una profunda cognizion di me stesso.  
"La sera veggendo un'immagine della SS. Trinita' molta riverenza, e amore alle tre Persone. Il Padre eterno che stava colle braccia aperte mi spiegava la sua misericordia, e la facile comunicazione de' suoi doni, etc..." [CS IV, p. 39].
2. Memoriale Privato: 27 settembre 1808: "Meditazione. Incarnazione. Sentimento di gratitudine alla Ss.ma Trinita' e di corrispondenza a Gesu' Cristo. Io ero obbligato ad amare Dio anche innanzi ch'ei si facesse uomo; quanto piu' adesso.  
"Sera. Perdonanza. Sentimento dell'amore grande della SS.ma Trinita' in darci il Figliuolo, e gran tenerezza verso di questo insieme con fede molto viva, e desiderio grande di unione: e di associazione alle pene, ed ignominie sue: con petizione di grazia per patire, ed essere disprezzato per lui..." [CS IV, p. 55].
3. Memoriale Privato: 28 settembre 1808: "Meditazione e dopo. Desiderio e petizione umile del martirio, e grand'esortazione interna. [CS IV, p. 55].
4. "De Praecipuo Scopo Sodalium Professorum.  
CF # 185 "Cum ejusdem Sodalitatis scopus sit, Ecclesiae sub Episcoporum directione, obsequium praestare per varia et propria suae vocationis munera; haec autem quandoque ardua et difficilis res sit, et, si ad fragilitatem hominum comparetur quibusdam forte periculis exposita esse videatur, non tamen propterea imprudens aut temerarium est propositum devotionis nostrae. Primo quidem, quia non humanis viribus, sed Spiritus Sancti gratia implendum creditur, qui enim coepit et inspiravit illud ipse perficiet (cf. Ph 1:6), si per nos non steterit: nam, haec est specialis gratia huius vocationis, quae potentior est omnibus periculis et difficultatibus. Deinde per hanc intentionem non proponimus nos periculis exponere, nec hunc vel illum locum adire, aut has vel illas actiones exercere, sed directionem sequi Orthodoxi Episcopi quem Spiritus Sanctus posuit regere ecclesiam Dei: quod medium satis cautum est ad non errandum in via Dei. Accedit tandem religionis providentia, tum in disponendis et probandis personis, tum etiam in eis eligendis et omni ope sulficiendis et confirmandis.  
{The under-lined words are from Suarez, p. 862 a & b}. [cf. below, note n. 67]
5. Memoriale Privato: 17 agosto 1808 "Nell'Orazione si cominci da Cristo e dalla sua Passione, poi si lasci libero lo spirito, se Dio lo attragga..." [CS IV, p. 35].
6. CF # 51: "Cum dicat Apostolus: 'non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, et hunc crucifixum' (I Co 2:2); Christus autem de seipso dixerit: 'Ego sum Alpha et Omega, Principium et Finis' (Apoc. 1:8), hinc omnes prorsus ab addiscenda Doctrina Christiana, etiam memoriter, ubi fieri potest, prout expositam ad captum omnium habemus a Card. Bellarmino, incipiant. Qui vero studiis operam dabunt postmodum huc revertentur, ut addiscant et conquiescant in Catechismo Romano."
7. Memoriale Privato: 26 febbraio 1809 "Dobbiam fare un ritratto in noi stessi di Gesu' Cristo."
8. DV # 8: "... Haec quae est ab Apostolis Traditio sub assistentia Spiritus Sancti in Ecclesia proficit; crescit enim tam rerum quam verborum traditorum perceptio, tum ex contemplatione et studio credentium, quia ea conferunt in corde suo (cf. Lc 2:19, 51), tum ex intima spiritualium rerum quam experiuntur intelligentia, tum ex praeconio eorum qui cum episcopatus successione charisma veritatis certum acceperunt. Ecclesia scilicet, volventibus saeculis, ad plenitudinem divinae veritatis iugiter tendit, donec in ipsa consummentur verba Dei..."

9. Concilium Florentinum, Decretum pro Armenis: “... Hae tres personae sunt unus Deus, et non tres dii: quia trium est una substantia, una essentia, una natura, una divinitas, una immensitas, una aeternitas, omniaque sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio.” [D-S # 1330; cf. The Christian Faith, n. 325, p. 111].

10. Breve Cronaca, I, p. 6: “... Preghiamo soprattutto perche’ il Signore ci conceda, sia pure a prezzo di qualche penoso sacrificio, di riacquistare intero quel segreto dei santi, per cui i nostri primi padri seppero conciliare insieme tante cose, che coi criteri umani son del tutto inconciliabili. I nostri primi padri infatti seppero unire:

- 1. La ricerca continua del piu’ umile nascondimento, data come caratteristica della loro vita, con una fama illustre di santita’.
- 2. La penitenza la piu’ austera con la piu’ sincera allegria.
- 3. Un eroico disinteresse ed un vero spirito di poverta’ con le spese per fabbriche di casa e chiesa compite senza debite e pur curandone senza risparmio la proprieta’ ed il decoro.
- 4. La disciplina piu’ regolare con la svariata molteplicita’ delle occupazioni.
- 5. La soggezione piu’ completa col pieno svolgimento delle singole attivita’ dei confratelli.
- 6. Il costante studio e lavoro con la piu’ soda pieta’.”

11. P. Nello Dalle Vedove, CSS, *Un Modello di Santo Abbandono*. Verona: AMB 1951, specialmente pp. 74, ss.: “La virtu’ della Speranza e il Santo Abbandono.”

12. ib., pp. 15, ff.

13. ib, pp. 83, ff.

14. cf. CF ## 47-48

15. cf. CF ## 49-68

16. cf. “Nota” di P. Stofella a CF # 165: “... il Praecipuum Munus Sodalium e’ delineato ed affermato in Cost. 185 - {da Suarez}.

17. cf. CF # 185: “...haec specialis gratia huius vocationis potentior est omnibus periculis et difficultatibus...”

18. cf. Pagine di Vita Cristiana, pp. 128,ss.; per l’originale, MssB I, # 735: *Cor mundum crea in me, Deus. Ps 50:12*. Ah, Creator mio, mio vero principio, mio Dio! Ecco che per la sola mia lingua tutte queste creature vostre al cospetto vostro prostrate, fiducialmente insieme unite in un solo desiderio, con nuova e forte istanza vi pregano: createci un cuor mondo. Perciocche’ e chi e’ mai che possa far mondo chi trasse dall’immondizia fin la sua origine, se non voi solo, mio Dio? Anzi, chi e’ mai che possa produr dal nulla e chiamar a nuovo essere cosa veruna, non diro’ cosa si’ buona com’e; la grazia vostra, che monda, purifica, rabbellisce i nostri cuori, se non voi pur solo, mio Dio?”

19. cf. MssB I, ## 1308-1309 “...Questo e’ in consiglio del nostro Apostolo, perche’ procede Rom 6:5: Se noi siamo piantati nella sua similitudine della sua morte, lo saremo anco della risurrezione. Col nome di piantagione, sotto v’inferisce anche il frutto che si aspetta in noi e da noi. Siccome il corpo di Cristo in terra sepolto ebbe per frutto la salute del mondo, cosi’ noi pure, sepolti nuovamente nella Penitenza, abbiam riportato il frutto della giustizia, dell’adozione, della santificazione, d’innumerevoli doni; riporteremo anche in seguito il dono della risurrezione.

“Intanto la vita nostra e’ nascosta con Cristo in Dio, Col 3:3. Prodotto questo frutto felice, convien stagionarlo. Potrem dire ancor molto di questa pianta della morte, ma gia’ senz’ avvederci avendo tocco un piu’ lieto motivo del frutto della vita, e racchiudendo egli pure qualche difficulta’ a primo aspetto per intenderlo, cosi’ troncando per amore di brevitae’ ogni parola sul primo, passiamo la fretta al secondo...”

20. CF # 51: “Cum dicat Apostolus: ‘non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, et hunc crucifixum’ (I Co 2:2); Christus autem de seipso dixerit: ‘Ego sum Alpha et Omega, Principium et Finish’ (Apoc. 1:8)...” [cf. above, note n. 6].

21. cf. Dalle Vedove, *Un Modello di santo Abbandono*, o.c., pp. 74, ss.

22. o.c., pp. 199, ff.

23. cf. CF ## 187-314

24. Suarez, *De Religione Societatis Iesu*. Lib. VIII, pp. 926-968; Lib. IX, pp. 969-1057.

25. cf. CF ## 187-266.

26. cf. CF ## 267-297.

27. CF # 221 - 223

28. CF # 221: “Haec ex interno spirituali profectu maxime pendet, quo caritas vera, seu amor in Deum et Christum Dominum, dum incrementum habet, unio ipsa inter Sodales, ex quo singuli uninuntur Deo et Salvatori nostro, augetur et perficitur.”

cf. Suarez VIII, c. 8, n. 1, p. 955 a “De mediis Positivis... 1. Haec media quaedam sunt interna, ut unio cujusque nostrum in Christo. - Item oratio. - Veniamus ad alia media, quae non in prohibitione, sed in actione consistunt, et ad eundem finem conciliandi charitatem fraternam ordinantur. Quae partim interna esse possunt, partim externa. Illa generaliora sunt, et ex interno spirituali profectu maxime pendent; hujusmodi est, quod octava parte Constitutionum, c. 1 § 8 dicitur: *Praecipuum utriusque partis vinculum, ad membroum inter se et cum capite suo unionem, est amor Dei ac Domini nostri Jesu Christi, cum cujus divina et summa bonitate, si Superior ac inferiores valde uniti fuerint, perfacile inter seipsos unientur.*

29. CF # 222 “Unde quia hoc unionis vinculum oratione ac meditatione maxime crescit iuxta illud: ‘in meditatione mea exardescet ignis’, ideo sine dubio haec est certior et solidior via ad hanc unitatem obtinendam.”

Suarez, ib., p. 955 a “Unde quia hoc vinculum oratione ac meditatione maxime crescit, iuxta illud Psalm. 38: *In meditatione mea exardescet ignis*, ideo sine dubio haec est certior et solidior via ad hanc unitatem obtinendam. Sic etiam reduci ad praxim optime poterit, quod p. tertia Constitutionum, c. primo § 4, dicitur: *Atque ita fiat, ut se mutuo considerantes omnes in devotione crescant. Deumque ac Dominum nostrum laudent, quem quisque in alio, ut in illius imagine, agnoscere studeat.* Quae regula sumpta videtur ex reg. 5, Augustini, quam statim numero tertio referam, estque ad rem praesentem optima...”

30. CF # 223 “Quoniam vero nihil ita conciliat erga aliquem verae caritatis amorem, quam cum singularia virtutum ornamenta et Spiritus Sancti dona in eo conspicimus, eumque ut Dei imaginem optimis gratiae coloribus depictam contemplamur; si ergo omnes et in se ipsi studeant in his virtutibus et donis crescere, et in aliis ea frequenter considerare, eosque tanquam sibi Superiores in animo ducere, et de illorum spiritualibus bonis gaudere, Deoque gratias agere; mirum profecto in modum mutua inter eos caritas crescet.”

Suarez VIII, c. 8, n. 1, p. 955“aqua nihil ita conciliat erga aliquem verae charitatis amorem, quem singularia virtutum ornamenta et Spiritus Sancti dona in eo conspiciere, eumque ut Dei imaginem, optimis gratiae coloribus depictum, contemplari. Si ergo omnes, et in seipsis studeant in his virtutibus et donis crescere, et in aliis frequenter considerare, eosque (ut ibidem dicitur) tamquam sibi superiores in animo ducere, et de illorum spiritualibus hominis gaudere Deoque gratias agere, mirum profecto in modum mutua inter eos charitas crescet.”

31. cf. CF ## 47-68

32. CF # 262 “Cum sit finis Sodalitatis, animarum salutem procurare et consequenter ministeria postulet huic fini accomodata; hinc in primis fit, ut quilibet sodalis prius et impensius procurare et desiderare debeat suorum fratrum salutem, quam externorum, quia caritas ordinatissima est. Unde sicut inclinatur ad quaerendam prius propriam spiritualem salutem, quam aliorum, ita etiam inter alios prius intendit et quaerit salutem spiritualem spiritualium fratrum, totiusque corporis Sodalitatis, quam externorum.”

Suarez VIII, c. 8, n. 22; p. 982. *Ultimum medium augendae fraternae charitatis, cura cujusque pro alterius profectu.* - *Item zelus quo conspirant sodales ad salutem externorum.* - Ultimo finis ipse, et ministeria Societatis, et hanc unionem maxime requirunt, et ad illam valde juvant. Est enim Societatis finis animarum salutem procurare, et consequenter ministeria postulet huic fini accomodata. Hinc ergo imprimis fit, ut quilibet de Societate prius et impensius procurare et desiderare debeat suorum fratrum salutem, quam externorum, quia caritas ordinatissima est; unde sicut inclinatur ad quaerendam prius propriam spiritualem salutem quam alienam, ita etiam inter alios prius intendit et quaerit salutem spiritualem fratrum, totiusque corporis Societatis, quam externorum.”

33. “Glory”: the word is noted in some form: CF ## 3; 26; 65; 77; 78; 120; 125; 133; 135; 136; 143; 149; 185; 200; 218; 221; 223; 226; 228; 233; 239; 252; 255; 259; 283; 293; 303; 304.

34. “Mission(s)”: noted in CF ## 2; 7; 76; 85; 162.

35. CF # 1: “Finis: Missionarii Apostolici, in obsequium Episcoporum.”

36. CF #: 2 Modus: sub dependentia Ordinariorum locorum, in quibus Missiones fieri contigerit, quibus omnino parere debeant, quod ad exercitium attinet Apostolici muneris, ac licentiam prius cum facultatibus ab eis recipere, servata semper eorundem Ordinariorum circa loca et tempus ejusmodi munus exercendi moderatione” (ex Decr. S. Congr. de Prop, 20 Dec. 20 1817).

37. P. Stofella writes in a note, 2nd paragraph on p. 43 of the Original Constitutions of St. Gaspar Bertoni: “...Come si disse nell’Introduzione e come il testo esplicitamente conferma, le parole **Missionari Apostolici** etc., non sono il **nome** che vien dato ai membri componenti il nuovo Istituto religioso, ma il fine a cui esso tende, che e’ quello di formare individui che per il loro zelo e qualita’ apostoliche meritino davvero tale grado (cf. nn. 7, 49, 76, 85, 89). **Lenotti**, p. 13.

38. cf. Pedro Arrupe, SJ, *La Missione Apostolica - chiave del carisma Ignaziano* . cf. also Antonio M. de Aldama *La Missio - centro focale delle Costituzioni Ignaziane* .

39. CF # 7: “Promotionis gradus differt secundum qualitates receptorum.

“Nam alii, quorum ingenium et pietas capax est, promoventur usque ad perfectum opus sacerdotum, assumptes apostolicam missionem.

“Alii vero, quibus vires et facultates animi et corpori sufficiunt, promoventur usque ad perfectum obsequium et auxilium Missionariorum.” [cf. *graviora ministeria* CF # 158; *accomodata* - CF # 262].

40. cf. PC 15

41. CF # 74 “Dentur veluti auxiliores quandoque Missionariis et quandoque etiam feminarum confessiones audiant.”

42. CF # 75 “Hinc etiam mulierum confessiones excipiant et Missionibus inserviant ordinarie.”

43. CF # 76 “Denique munus Missionum dirigendarum accipiant, et saluti animarum omnino insistant.”

44. CF # 162 “Sacramentorum administratio, praecipue confessionis et Eucharistiae; sacrificiis etiam fructuum Missionum et concionum et Confessionum a Deo imploratio.”

45. Suarez I, c. 3, n. 10, p. 572: a “...Nam imprimis ex illo fine juvandi proximos ortum est, ut haec religio, et habitu et munere clericorum insituta est, ut un c. 5 declarabimus. Unde hoc potest constitui tamquam primum medium scilicet, assumptio status clericalis, quo possint proximis inservire, et consequenter omnis dispositio, quae ad talem statum digne assumendum necessaria est, maxime in his hominibus qui perfectionis viam profitentur.

“Secundo, inter haec media numeranda sunt omnia ministeria sacra, quae ad purgandos, illuminandos, et perficiendos alios utilia sunt, inter quae primum locum tenet sacramentorum administratio, praesertim confessionis et Eucharistiae, quae hujus instituti maxime propria est, ut ex Bullis Pauli III et Julii III, et Gregorii XIII, et ex forma instituti, quae in eis refertur, et ex omnibus constitutionibus satis notum est. Et hic etiam spectat sacrificiis suis Ecclesiam juvare, pro conversione infidelium; et correctione haereticorum et fructu ac profectu ipsorum fidelium ea frequenter offerendo.

“Tertio, principaliter etiam ad hoc genus mediorum spectat quodcumque ministerium verbi Dei, quod variis modis, et magna ex parte propriis, in hac religione exercetur: primo...” [cf. CF # 163].

46. “Missio-(nes)” - cf. note n. 34 above.

47. “Servitium/Servire”: cf. CF ## 3, 26; 64; 77; 78; 236; 236 - i nn. 25; 64; 78 pertain to the “Lay Brothers”.

48. CF # 3: “Gratis omnino servire Deo et Ecclesiae.”

49. CF # 26 “In iis vero qui ad spiritualia ministeria admittuntur capacitas ingenii, indoles boni iudicii et sufficiens memoriae tenacitas, universae autem virtutis et perfectionis spiritualis studiosi sint, constantes, et strenui in his quae ad divinum servitium aggrediuntur, et zelum habeant salutis animarum et propterea ad hanc Sodalitatem bene affecti sint...”

50. Obsequium: cf. CF ## 1; 57; 62; 125; 185; 195; 237.

51. CF # 57: “In unaquaque igitur disciplina, aliquis, vel aliqui sint, qui peculiari studio et diuturniori tempore ac diligentia illi incumbat, et ad varia Ecclesiae obsequia, quae pro temporum et occasionum diversitate occurrunt utilissima erunt.”

cf. Suarez V, c. 2, n. 8, pp. 809: b - 88.0 Diata peritia quomodo Societati necessaria. - In quo etiam considero, aliud esse loqui de toto corpore, seu confuse de operariis

Societatis, aliud vero de singulis personis ejus. Nam priori modo loquendo, absolute dicere possumus necessariam esse Societati maximam perfectionem omnium dictarum disciplinarum et linguarum; quia licet difficile, vel moraliter impossibile sit, omnes illas simul cum theologica doctrina in singulis personis perfecte conjungi, tamen in ipso corpore Societatis esse potest, et procuranda est excellentia et eminentia in omnibus illis. Quod et facile comparari poterit, si in unaquaque disciplina aliquis vel aliqui sint, qui peculiari studio, et diuturniori tempore, ac diligentius illi incumbat, et ad varia ecclesiae obsequia, quae pro temporum et occasionum diversitate occurrunt, utilissimum est, ut discursus factus ostendit, et ipsa experientia satis hactenus comprobavit. Atque ob eam rem, quamvis haec studia in Societate principaliter ad Theologiam referantur, ad quam, et ad sacrae Scripturae intelligentiam ejus religiosi frequentius et principaliter tendunt, nihilominus interdum aliqui diutius in diutius in his inferiribus artibus occupantur, ut in eis singulariter fines excellant.”

[As P. Stofella notes: ‘Tutta la sostanza di questo capitolo e quasi tutte le parole son prese dall’ o.c. del Suarez, V, c. 2, n. 8. Infatti si trovano in questa citazione [CF ## 56-58](#)].

52. [CF # 62](#) “Satagendum Superiori erit, ut temporibus ad valetudinem corporis incommodis non studeant; somno etiam quantum temporis satis erit tribuant et in laboribus mentis modum servant, ut diutius perseverare in litteris addiscendis et exercendis in ecclesiae obsequium possint.”

53. [Suarez V, c. 3, n. 11, p. 816](#).a In hoc autem eodem genere media privativa dici possunt, quae corporalia impedimenta studiorum auferunt seu praeveniunt. Hujusmodi est illud, quod habetur quarta parte Constitutionum, c. 4, § 1: *Peculiari cura animadvertendum erit ut temporibus valetudini corporis incommodis scholastici non studeant, ut somno quantum temporis satis sit, tribuant, et in laboribus mentis modum servant; sic enim fiet ut diutius in illis perseverare, tam in litteris addiscendis, quam in eisdem exercendis, ad Dei gloriam possint...*”

[Again P. Stofella notes that for this whole “Cap VI delle Costituzioni del Bertoni”: “Anche qui la sostanza ed intere frasi sono tolte dal Suaarez, V, c. 3, nn. 11, 12; c. 4, nn. 9.10...].

54. [“Ministerium \[sing.\]](#): cf. [CF ## 7; 48; 62; 125; 163; 195; 240; 241](#).  
[“Ministeria” \[pl.\]](#): cf. [CF ## 26; 57; 137; 155; 158; 162; 182; 185; 262](#).

55. [CF # 7](#): [for the Latin text, cf. note n. 39 above].

56. [CF # 48](#) [last paragraph]: “... Fuga otii omnimoda et occupatio assidua in rebus, quae ad [ecclesiasticum ministerium](#), ad religiosa officia, aut ad observantiam disciplinae et obedientiam Superioribus debitam pertinere vedeantur.”

57. [CF # 62](#): [for the Latin, cf. note n. 52 above].

58. [CF # 125](#) “In iis vero, quae necessario, sive utiliter, addiscenda erunt contra laborem, vel negligentiam, vel taedium addiscendi, per vehementiam hujusmodi rerum percipiendam, alacriter et constanter insurgent propter Dei gloriam et ecclesiae majus obsequium.”

59. [CF # 163](#): “Verbi Dei quodcumque ministerium...” - cf. [Suarez I, c. 4, n. 10, p. 572 b](#): “... Tertio, principaliter etiam ad hoc genus mediorum spectat quodcumque ministerium verbi Dei, quod variis modis, et magna ex parte, in hac religione exercetur: prima, per publicas conciones, vel lectiones sacras, etc..]”

60. [CF # 195](#) “Cum ad religiosam caritatem praecipue pertineat se invicem obsequio, beneficio et honore praevenire...”

61. CF # 255 “Praeterea cum finis praecipuus nostrae Sodalitatis, sit conversio animarum, hunc magnopere consequitur conversando cum hominibus, et de divinis rebus, suaviter ac discrete loquendo: ad hoc autem valde proficiunt religiosi sodales in his, quae inter se habent religiosa colloquia, quae frequentius esse debent de divinis rebus; et ita usu addiscunt suis temporibus tacere, et suis prudenter et fructuose loqui, quod est optimum silentii genus, ut indicavit Ambrosius: ‘Pythagoras, inquit, suis silentium imposuit, ut non loquendo, loqui doceret. David ut loquendo magis disceremus loqui; quomodo enim sine exercitio doctrina? aut sine usu profectus?’ Et concludit: ‘Ita ergo qui volunt discere cautionem loquendi, quod naturae est non negent, quod custodiae exercent.’ (De Off. libr. 1, c. 10).”

Suarez VIII, c. 8, n. 17, p. 960 :a & b 17. *Hoc etiam medio instruimur ad agendum cum proximis.* - Alia praeterea consideratio adhiberi potest, quia hoc medium est etiam utile Societati ad finem suum praecipuum conversionis animarum, quem magnopere consequitur conversando cum hominibus, et de divinis rebus suaviter ac discrete loquendo; ad hoc autem valde proficiunt religioni Societatis, in his quae inter se habent religiosa colloquia; quae frequentius esse debent de divinis rebus, cujusmodi praescribuntur in instructione decima quarta, de Renovatione spiritus, ad finem; et ita usu addiscunt suis temporibus tacere, et suis prudenter et fructuose loqui, quod est optimum silentii genus, ut indicavit Ambrosius, in Psalm. 118, Octonar. 2, in principio, et optime toto cap. decimo, libro primo de Offic.: *Pythagoras* (inquit) *suis silentium imposuit, ut non loquendo loqui doceret; David, ut loquendo magis disceremus loqui; quomodo enim sine exercitio doctrina? aut sine usu profectus?* etc., quod late per varia artium humanarum exempla prosequitur, et concludit; *Ita ergo, qui volunt discere cautionem loquendi, quod naturae est non negent, quod custodiae est exercent.* “

62. CF # 26: [for the 1st Paragraph of this, cf. note n. 49 above].

63. CF # 57: [ cf. above note n. 51, with the citation from Suarez]

64. CF # 158: “De Professione: Ad professionem non admittuntur nisi Sacerdotes, quia ad Professos pertinet principale regimen Sodalitatis, et graviora ministeria quae Sacerdotium requirunt.” [cf. CF # 262].

Suarez VI, c. 1, n. 4, p. 838 “.b Ratio vero hujus conditionis presbyterii est quia Societas est religio presbyterorum, ut supra lib. I, c. 5, ostensum est, et quia gradus professorum est supremus in Societate, ad eosque pertinet principale regimen ejus, et graviora ministeria, quae sacerdotium requirunt.”

65. CF # 162: [ cf. above, note n. 44; cf. Suarez, p 572 a & b].

66. CF # 182: “Eorum munus est docere non solum in concionibus, exercitiis, lectionibus, quae ad vitam aeternam consequendam necessaria vel utilia sunt; sed etiam rudimenta fidei et morum, praesertim rudibus, et pueris explanare, in oratoriis, in catechismis publicis et privatis; hoc etiam iss commendatum sit.”

[P. Stofella cites Suarez I, c. 6 for this number - cf. pp. 587-593].

67. CF # 185: [cf above, note n. 4, for the Latin. P. Stofella cites Suarez I, c. 6 for this number - there is great similarity for this text in Suarez VI, c. 4, n. 25, p. 862 a, [on the 4th Vow of the Jesuits]: “25. *Ad tertium caput responsio triplex.* - Quamvis autem hoc votum sit de re valde ardua et difficili, et, si ad fragilitatem hominum comparetur, periculis expositum (id enim non negamus), non tamen propterea imprudens est aut temerarium. Primo quidem, quia non humanis viribus, sed Spiritus Sancti gratia implendum creditur; ‘qui enim coepit et inspiravit illud, ipse perficit’ (cf. Ph 1:6), si per nos non sterterit (ut in superioribus, lib. I, cap. sexto, numero nono et cap. septimo, numero decimo, diximus) haec est specialis gratia hujus vocationis, quae potentior est omnibus periculis et difficultatibus. Deinde per hoc votum non promittimus nos periculis exponere, nec has vel illas regiones adire, aut has vel illas actiones exercere, sed obedire Christi

Vicario, quo medio nullum potest esse certius ad non errandum in via Dei. Accedit tandem religionis providentia, tum in disponendis et probandis personis, tum etiam in eligendis. At praeterea in Constitutionibus saepe monemur, ut patet in Septima Parte Constitutionum, c. 1 § 2, et in Bulla 1 Pauli III et Julii III, ne ullus in hanc vel illam partem mitti procuret, sed se moveri sinat, quamvis se paratum ostendere malum non sit...”

68. CF # 262: [cf. above note n. 32, with the citation from Suarez, p. 962 a].
69. CF ## 221 - 223 [cf. above nn. 28-30, with abundant citations from Suarez, p. 955].
70. “PHILOXENIA” : Cf. Gn 18: 1-8; 24:18-32; Ac 10:23; Rm 16:23; Heb 13:2. cf. also Roland DeVaux, OP, *Ancient Israel: Its Life and Institutions* , pp. 10, ff.; C. Spicq, OP, *Theologie Morale du NT* , II, pp. 809,ss.
71. cf. CF ## 243-249.
72. Suarez VIII, c. 8, nn. 8, 9, pp. 957 a & b, 958 a
73. CF # 245: “Hoc ad omnes extenditur erga quoscumque Sodales, sine ulla generis aut patriae distinctione, absque personarum acceptatione vel limitatione sive professi sint, sive novitii, sive sani, sive infirmi, sive noti, sive ignoti, ad omnes magna caritas exhibenda est.”
74. Suarez VIII, c. 8, n. 8, p. 957 b“... Unde colligitur officium hoc in unoquoque Societatis domicilio, ad totam in universam Societatem extendi, sine ulla nationum vel provinciarum distinctione, absque personarum acceptatione vel limitatione, sive professi sint, sive novitii; sive sani, sive infirmi; sive noti, sive ignoti; ad omnes magna charitas exhibenda est...”
75. CF # 246 “Haec autem caritas in primis in ipsa receptione ostendenda est, quae esse debet cum externis signis, maxime amicitiae, qualia exhiberi solent, de more regionis a gravibus inter se amicis, aut etiam consanguineis.”
76. Suarez VIII, c. 8, n. 9, p. 957: §9. *Dicta hospitalitas signis benevolentiae ostendenda.* - Quae imprimis in ipsa receptione ostendenda est, quae esse debet cum externis signis maximae amicitiae, qualia exhiberi solent de more regionis, a gravibus inter se amicis, aut etiam consanguineis. et ideo in regula trigesima quarta ex communibus, cautum sit *ut nemo alium etiam in joco tangat, et ea, quae religiosos decet, gravitas et modestia retineantur*, subditur; *Praeterquam in signum charitatis amplexando eum, qui a aut abit vel redit pergere.* Deinde non solis signis...”
77. CF # 249 “Tandem concludit unumquemque debere juxta suam qualitatem et necessitatem tractari, ita tamen, ‘ut cibaria, quae promiscue omnibus apponuntur eiusmodi sint, quae cum vili pretio, cum parvo etiam negotio comparentur, Adhibenda tamen in mensa, necessaria ubique munditia, atque elegantia, ita tamen ut numquam extra fines nostros egrediamur.’”
78. Suarez VIII, c. 8, n. 10, p. 958. Et post multa, quae de hoc argumento eleganter prosequitur, et valde notanda sunt ad vitandos excessus, quos non charitas, sed vanitas, vel ambitio, in suscipiendis hospitibus, saecularibus, aliquando introducit, concludit, unumquemque debere juxta suam qualitatem et necessitatem tractari, ita tamen, *ut cibaria, quae promiscue omnibus apponuntur, ejusmodi sint quae cum vili pretio, tum parvo etiam negotio comparentur. Adhibenda tamen in mensa necessaria ubique munditia, atque elegantia, ita tamen ut numquam extra fines nostros egrediamur.*

79. cf. CF ## 234-242.
80. cf. CF # 236 "...Infirmorum cura ante omnia et super omnia adhibenda est, ut sicut revera Christo, ita eis serviatur.." (S. Benedictus, Reg. c. 36).
81. CF # 240: "Lupus in Regula monachorum: 'Si quis, ait, coepit aegrotare, transferatur ad exedram latiore[m] et tanto senum ministerio confoveatur, ut nec delicias urbium, nec matris querat affectum.'" (ex S. Hieron. c. pen.).
82. Suarez VIII, c. 8, n. 6, pp. 956...b Praef. in Concilio Aquisgrand., sub Ludovico imperatore, cap. quadragesimo secundo, clericis, seu Canonicis regularibus haec regula maxime commendatur. Item Lupus, in Regula monachorum, ex S. Hieronymo, c. pen.: *Si quis (ait) caeperit aegrotare, transferatur ad exedram latiore[m], et tanto senum ministerio confoveatur, ut nec delicias urbium, nec mataria quaerat affectum.*"
83. cf. CF ## 227-229.
84. cf. Ac 2:44-46; 4:32,ss. - texta cited by Fr. Bertoni in: CF ## 189; 226; 232.
85. CF # 228: Unde Augustinus: 'Omnes unanimiter et concorditer juvent' (Reg. c. 2); ac si diceret: ut iuvent concorditer, necesse est ut vivant unanimiter. Et subdit: 'Et honorate in vobis Deum invicem, cuius templa facti estis.' Quia Deus solus est, qui habitare facit omnes unius moris in domo: unde haec uniformitas maxime facit ut Deus in omnibus recognoscatur, et consequenter, ut omnes in Deo maxime uniantur."
86. Suarez VIII, c. 8, n. 3, p. 955 b: Unde Augustinus in Reg. c. 5" *Omnes unanimiter et concorditer vivant*, ac si diceret, ut vivant concorditer, necesse est ut vivant unanimiter. Et subdit: *Et honorate in vobis Deum invicem, cujus templa facti estis*. Quia Deus solus est, *qui habitare facit omnes unius moris in domo*; unde haec uniformitas maxime facit, ut Deus in omnibus recognoscatur, et consequenter ut omnes in Deo maxime uniantur."
87. cf. CF ## 250-256.
88. CF # 255 [for the Latin, cf. note n. 61 above].
89. Suarez VIII, c. 8, n. 17, p. 960 a & b: [for the Latin, cf. note n. 61 above].
90. cf. CF ## 257-261.
91. CF # 259 "S. Basilius ait: 'Qui Dei beneficio recte aliquid fecerit, is ceteris quoque notum facere illud debet, ut Dei gloria crebrior efficiatur.' Affertque de hoc Apostolorum exempla (reg. mon. 70)."
92. Suarez VIII, c. 8, n. 21, p. 961. Extat etiam hac de re instructio data anno 1594, praescribens modum in his litteris tenendum, consonatque huic institutioni, quod Basilius scribit in Regulis moralibus, reg. 70, c. 1: *Qui Dei beneficio recte aliquid fecerit, is caeteris quoque notum facere illud debet, ut Dei gloria crebrior efficiatur*. Affertque de hoc Apostolorum exempla, Acta 14; Ep 6..."
93. cf. CF ## 187-266: [P. Bertoni took many of his Original Constitutions, *verbatim* from Suarez].

94. CF # 266: “Eleganter Chrysostomus in illud Ioannis XVI: ‘ut sint unum sicut ego et tu unum sumus’: ‘nihil est concordiae et mutuae voluntati aequiparandum, unus enim multiplex est. Si enim concordēs sint duo vel decem, non amplius erit unus, sed eorum unusquisque sit decupulus et inuenies in decem unum et in uno decem.’ (Hom. 77 in Io 16).

“Et infra: ‘Ecce dilectionis excellentia, quo pacto unum inseparabilem et multiplicem reddit, et unus in multis simul locis, in Perside et Romae esse possit, et quod natura non potest, dilectio potest.’”

95. Suarez VIII, c. 8, n. 22, p. 962 a & b “... Ut enim dixit eleganter Chrysostomus, hom. 77, in id Joan. 16, *ut sint unum, sicut ego et tu unum sumus: Nihil est concordiae et mutuae voluntati aequiparandum; unus enim multiplex est. Si enim concordēs sint duo vel decem, non amplius erit unus, sed eorum unusquisque fit decupulum, et inuenies in decem unum, et in uno decem; et infra: ecce dilectionis excellentiae, quo pacto unum inseparabilem et multiplicem reddit, et unus in multis simul locis, in Perside et Roma esse possit, et quod natura non potest, dilectio potest.* Quod hactenus per divinam gratiam in Societate mirum in modum experimur, faxitque Deus ut in perpetuum conservetur et augeatur.”

96. cf. CF ## 267-297.

97. CF # 271 “Propositum unicuique sit exemplum Christi Domini, qui vitam ita instituit, ut cum hominibus conversaretur, et cum eis manducaret, et biberet; cum tamen non solum perfectionem servaverit, sed etiam vitae statum perfectissimum coluerit.”

98. CF # 272 “Item exemplum Apostolorum, quos statum religiosum et perfectionis habuisse novimus, et tamen constant inter homines familiariter conversatos fuisse et omnibus omnia factos ut omnes lucrifacerent.”

99. CF # 272 “Unde concilium Moguntinum sub Leone III cum dixisset: ‘Ministri altaris, vel monachi a negotiis saecularibus omnino abstineant’, subdit: ‘Non tamen justum negotium est contradicendum propter necessitates diversas, quia legimus Sanctos Apostolos negotiasse.’ (c. 14)

“Sic ergo nos in negotiatione Apostolorum circa animarum salutem recte colligimus, non esse contra religiosum statum eo fine cum proximis conversari ex vi instituti.”

100. Suarez IX, c. 8, n.2, p. 1045 b“2. *Prima assertio bipartita. - Probatum Prima Pars.* - Dicendum nihilominus est primo, medium hoc familiariter conversandi cum proximis ex suo genere non esse alienum ab statu perfectionis, et juxta proprium. Societatis institutum esse illi maxime conveniens. Utamque partem certam existimo. Prior constat exemplo Christi Domini, qui vitam ita instituit, ut cum hominibus conversaretur, et cum eis manducaret et biberet, ut ex Evangelio constat, cum tamen non solum perfectionem servaverit, sed etiam perfectissimum vitae statum coluerit, ut latius in n 2 tom., tertia parte, disp. 28, sect. 1 et 2, diximus. Idem ostendi exemplum Apostolorum, quos statum religiosum et perfectionis habuisse supra ostendimus, tom. praeced., et supra, lib. I, c. 5, n. 6, et tamen constat, inter homines familiariter conversatos fuisse, et omnibus omnia factos, ut omnes lucrifacerent. Unde Concilium Mogunt., sub Leone III, cap decimo quarto, cum dixisset: *Ministri altaris Domini, vel monachi a negotiis saecularibus omnino abstineant*, subdit: *Non tamen justum negotium est contradicendum propter necessitates diversas, quia legimus sanctos Apostolos negotiasse.* Sic ergo nos in negotiatione Apostolorum circa animarum salutem, recte colligimus non esse contra religiosum statum eo fine cum proximis conversari ex vi instituti.”

101. CF # 189 “Unusquisque autem veluti hujus concordiae normam, prae oculis habeat de illis primis fidelibus leguntur in Actis Apostolorum, unde omnis religiosorum ordo sumpsit initium et formam: ‘Quorum erant cor unum et anima una, qui habebant omnia communia, et dividebant singulis prout unicuique opus erat; et ideo et sumebant cibum cum exultatione et simplicitate

cordis, collaudantes Deum et habentes gratiam ad omnem plebem; gratia magna erat in omnibus illis.' (cf. Ac 2:44,ss.)

102. Suarez VIII, c. 8, n. 3, p. 948 b "... nec immerito B. P. N. Ignatius in hac unione et vinculo fraternae charitatis praecipuum hujus religionis fundamentum posuit, nam hoc etiam fuit primum vinculum status religiosi, qui in illis fidelibus inchoatus censetur, *quorum erat cor unum et anima una, qui habebant omnia communia, et dividebant singulis, prout unicuique opus erat; et ideo et sumebant cibum cum exultatione et simplicitate cordis, collaudantes Deum, et habentes gratiam ad omnem plebem; gratia magna erat in omnibus illis, ut Actor. 3 et 4 dicitur.*"

103. CF # 226: "Peculiariter vero est paupertatis medium, utpote religiosi ratione voti propriissimum, quod luculenter tradidit Basilius: 'Ubi, inquit, omnia communia sunt, animi, mentes, corpora, et ea omnia quibus necessario ad victum cultumque utimur, communis Deus, communis pietatis mercatura, communes labores.' (Const. Mon. c. 19).

"Idem Cassianus, afferens illud actorum 4: 'erat illis cor unum et anima una': et statim ibidem subditur: et erant illis omnia communia.' (Coll. 16, c. 6)."

104. Suarez VIII, c. 8, n. 2, p. 955 ¶...peculiariter vero paupertatis medium, utpote religiosi ratione voti propriissimum, quod luculenter tradidit Basilius, in Constit. Monast. cap. decimo nono: *Ubi (inquit) omnia communia sunt, animi, mentes, corpora, et ea omnia, quibus necessario ad victum cultumque utimur, communis Deus, communis pietatis mercatura, communes labores, etc.* Idem prosequitur cap. trigesimo quinto; et Cassian., collat. 16, c. 6, afferens id Actor. 4: *Erat illis cor unum et anima una.* Et statim subditur: *Et erant illis omnia communia,* Chrysostomus, libro tertio, contra Vitup., vitae monast., et orat. de S. Philogonio, et alia congerit Gratianus, 12, q. 2, c. *Dilectissimis, cum aliis.*"

105. CF # 232 "Quamquam hoc impedire non debeat quominus necessitatibus omnium cum proportione subveniatur, iuxta illud: 'Dividebatur singulis prout unicuique opus erat' (cf. Ac 2:45; 4:35), nam hoc ipsum caritas ipsa desiderat."

106. Suarez VIII, c. 8, n. 4, p. 956 u optime docet Bernardus, serm. trigesimo in Cantica. Quamquam hoc impedire non debeat, ut praecedenti cap., numero decimo septimo, in simili dixi, quominus necessitatibus omnium cum proportione subveniatur, juxta illud, *dividebatur singulis, prout unicuique opus erat;* nam hoc ipsum caritas ipsa desiderat."

107. CF # 261: "Hinc etiam antiqua fuit in ecclesia consuetudo ut essent inter fideles communcatoriae (sic enim appallebant) litterae, quibus invicem inter se catholici communicare et fidei suae testimonium praebere solebant, de quibus mentionem facit Optatus et Augustinus. (Libr. II de schism Donatist., Ep. 163, ad Eleus.)."

108. Suarez VIII, c. 8, n. 21, p. 962. a Hinc etiam antiqua fuit in Ecclesia consuetudo, ut essent inter fideles communcatoriae (sic enim eas appellabant) litterae, quibus invicem inter se catholici communicare, et fidei suae testimonium praebere solebant, de quibus mentionem facit Optatus, lib. 2, de Schisma. Donatist., et Augustinus, epist. 163 ad Eleusium."

109. cf. above, note n. 1.

110. cf. above, note nn. 2 & 3.

111. CF # 49: "In hac religiosa Clericali Sodalitate, cujus finis est non solum contemplari, sed etiam contemplata aliis tradere, necessaria est non vulgaris scientia, sed perfecta rerum omnium, quae ad fidem et mores pertinent, ac proinde necessarium est etiam, ut religiosi clerici huiusmodi scientiae perfecte acquirendae, in tali statu religioso incumbant."

112. Suarez V, c. 1, n. 6, p. 803 a “6. *Secunda assertio bipartita. - Prior pars ostenditur. - Dico secundo: in statu religioso, cujus finis est non solum contemplari, sed etiam contemplata aliis tradere, necessaria est non vulgaris scientia, sed perfecta rerum omnium, quae ad fidem et mores pertinent, ac proinde necessarium etiam est ut religiosi hujusmodi scientiae perfectae acquirendae in tali statu religioso incumbant. Prior pars adeo est evidens, ut non egeat probatione...*”
113. CS # 155 “Instructor vero illos omnes in spiritu formandos curabit universamque nostri Instituti rationem explanabit per statos aliquot dies cuiusque hebdomadae, ac modos exponet juvandi proximos salutariter.”
